

De Transcendentibus XXII

solum ordinē ad appetitū. sicut veritas ordinē ad intellectum. Est autē quadruplex bonitas. cuius distinctio sic patet. Nam est quedā bonitas essentialis et substantialis. et talem bonitatem habēt omnia entia inquantū habēt substantiā et naturā. et hec bonitas nihil aliud est quā substantialis entitas. Alia autē est bonitas accidentalis et superaddita. Hec autē est triplex. quia est quedā bonitas accidentalis et superaddita. que habet bonitatem in esse nature sicut ambulatio ad ecclesiam sine claudicatione est habēs bonitatem nature que superaddit ambulanti. Alia est bonitas moralis que superadditur bonitati nature. ut ire ad ecclesiam ad audiendū missam. habet prae ter bonitatem nature qua gradit non claudicando: bonitatem moris qua vadit ad audiendū missam. Si autē iret claudicando: actus ambulatiois haberet malū nature. et si iret ad furandū haberet malū moris et esset ambulatio mala malo moris. Est autē tertia bonitas accidentalis superaddita omnibus istis quae est gratuita et meritoria. ut si quis vadit recto gressu ad ecclesiam ut audiat missam in statu charitatis existēs. talis actus est bonus bonitate nature. bonitate moris. et gratuita. et meritoria. Et iste tres bonitates sunt superaddite bonitati essentiali ipsius ambulatiois.

Quomō bonum transcendēs se habet ad quodlibet particulare bonum.

Capitulum XXVIII

Secundo videndū est quomō bonum transcendēs se habeat ad quodlibet particulare bonū. et bonitas transcendēs ad quodlibet particulare bonitatem. Ad quod dicendū quod sicut verū transcendēs abstrahit a quolibet particulari vero. ita et bonū transcendēs abstrahit a quolibet particulari bono. et ipsum de quolibet bono dicit. Sicut autē veritas super rem naturalē verū non addit nisi ordinē ad intellectum. ita bonitas substantialis super rem que est bona sub